

graue[m] persecutionem contra nauiculam ecclesie subortam, quæ plurimos absorpsit, alios timore prostrauit, vt p[ro]pter fidei modicitatē, & cum domino dicere: Quid timidi estis modicæ fidei? Et tantum de primo.

Sec[un]dum quid in hac turbatione agam, docet nos sequens pars euangelij, in qua & domini increpatis, & discipuloru[m] manifestatur impotenti oratio. Increpans .n. dominus discipulos suos propter fidei modicitatē, ad fidei constantiam nos erigit. Ac discipuli dormientē dominu[m] excitantes, & vt se saluaret tremuli rogantes, ad diuinum implorandum auxilium nos informant. Duo ergo sunt, quibus maris huius impetuosus motus euadere possumus illesi, videlicet Fidei constantia, & oratio deuota. De utroq; loquitur Orige. in homi. De primo ait: Dedit per hæc omnia nobis dominus figurā, & doctrinā imaginem, vt & nos in omni conturbatione, & contumelia patientiam teneamus, stabiles simus, fidem non deseramus.

Et si omnis ille mundus tanquam mare ebulliat, atque in furore confurgat, etsi omnes venti, & vertigines demonum vndiq; seuiant, etsi omnis (vt diximus) tempestas maris. i. omnis principatus, & potestas mundi communitur, & in tumore iracundiæ spument, vt furiant super sanctos, etsi adduc v[er]q; ad cælum sese extollant, vt tempestates maris, malignitates, & dolos & fremitum concitantes aduersus aliquem vellimus: Nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere, confidentiam, & fiduciam apud vos tenere. Etsi mors irruerit, constantissime sustinere. Ad omne enim quicquid euenit, fortitudo necessaria est. Ad omne periculum, tribulationem, vsque ad animæ exitum. Fortitudo inquam per quam constantes in fide vniuersalis ecclesie neque dominum obliuiscamur, neq; creatorem derelinquamus. Scientes sine hæsitatione q[uod] sola fides vniuersalis ecclesie est, per quam saluari possumus. Quia si quis ab ecclesia se separat extra nauiculam est, in quam Chri-

stus ascendit, necesse est hunc à fluctibus damnationis perpetuæ absorberi. De quo beatus Augu. in de fide ad Petrum ita ait. Firmissime tene, & nullatenus dubites non solum omnes paganos, sed omnes iudeos, hereticos atq; schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam vitam præsentem finiunt, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Nulla ergo ad ueritatem, aut violentiam à gremio, & unitate ecclesie euellamur. Valent autem ad hanc constantiam in nobis conferuandam, & roborandam, ea quæ in sermone de bello dicta sunt de patientia Z.

De secundo scilicet querendo diuino adiutorio oratione deuota dicit Orige. Omnes quotquot in fidei nauicula cum domino nauigantes, omnes quotquot in hac nimirum sanctæ ecclesie nauicula cum domino per hunc v[er]s[us]um supernatatis mundum. Etsi ipse dominus dormiat pro somno vestra tolerantiæ expectantis, vel vestram penitentiam, & conuersionem sustinens alacritate accedit ad eum, orationibus instantes, atq; cum propheta dicentes. Exurge quare obdormis domine? & ne repellas nos vsq; in finem. Et iterum. Domine exurge adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Adorandum deniq; dominum multipliciter nos hortatur scriptura, vt supra sermone de bello V. Verum quia teste Salomone Proverbio. vigesimo octauo. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Ideo dicitur Eccle. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum. Ideo q; necesse est vt præparemur per peccatorum purgationem, & audiamus legem per mandatorum obseruationem, vt oratio nostra à domino exaudiatur alioquin tenemus dominum petentes auxiliu[m], & nolentes facere, quod in nobis est amouendo occasione tribulationis id est peccata nostra, quibus flagella meremur. De quo sermone de bello P. Et tantum de secundo.

Deuota oratione diuini adiutorium est querendum.